



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Denkwürdige Beiträge für Geschichte und Rechtsalterthümer

Wigand, Paul

Leipzig, 1858

5. Schiedsrichterliche Entscheidung eines Streits über den Zehnten zu
Litzig; 1212

urn:nbn:de:hbz:466:1-30944

mansos in Levingessen, qui persolvunt marcam unam, unde comparabuntur carnes ad sustentandos debiles et infirmos infra hospitale et foris. Tres mansos in indagine S. Viti, solventes marcam I, unde comparabuntur casei partim et butyrum partim ad sustentationem infirmorum. Item reditus in campo qui dicitur Liure, qui solvunt dimidiam marcam, unde comparabitur pannus linteus grossus, ad vestiendos pauperes foris et intus. Haec omnia procuret Provisor hospitalis, ut inde a Deo retributionem exspectet. Bona ista augmentare poterit, si opportunum esse viderit.

X Die Verpflegung der Armen und Kranken, so wie hilfloser Wanderer, gehörte zu den Pflichten der Klöster, denen sie theilweise so viele Güter und Einkünfte zu verdanken hatten. Die Armen- und Krankenpflege war auch durch besondere Anstalten geordnet und gesichert; später aber, beim Verfall des Klosterlebens, war es nur noch wüste Bettelei, ein unregelmäßiges Almosengeben, das müßiges Gesindel herbeilockte, und mehr Schaden wie Vortheil brachte.

5. Schiedsrichterliche Entscheidung eines Streites über den Zehnten in der Corveyschen Villa zu Lixig. 1212.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Conradus, Dei gratia major Decanus et Archidiaconus, Herimannus, Decanus G. Cuniberti et Olmerus, majoris ecclesiae Scolasticus, Colonienses, omnibus Christi fidelibus. Cum inter Aquensem et Corbeiensem ecclesias super quibusdam decimis curtis Liciaci, quae est in parrochia . . . bona, pertinentibus ad Corbeiensem ecclesiam, diu disceptatum fuisset, tandem propter bonum pacis, post multos labores et graves expensas hinc inde factas, Dominus Heidenricus de Tonobort ecclesiae Aquensis, et Dominus Harltug, Praepositus, tunc Liciaci Corbeiensis ecclesiae procuratores, super hoc speciale mandatum habentes, sub poena perjurii, et solutione centum marcarum ab illa parte, quae contra dictum nostrum veniret, ei solvendarum, quae pareret, in Nos compromiserunt, quod super omni controversia, tam proprietatis quam possessionis, nec non et expensarum, super omnia nostro starent arbitrio: Nos autem

non tantum de unanimi consensu ipsorum procuratorum, verum etiam de autoritate et mandato praepositi majoris scolastici et magistri Joannis Canonici, Paderburnensium, qui super hoc negotio a Domino Papa fuerant iudices delegati, onere arbitrii in nos suscepti, visis privilegiis, instrumentis et aliis, quae pro utraque parte faciebant, diligenter inspectis, et meritis causae, in quantum poteramus, ad plenum discussis, diutena etiam praehabita deliberatione, de prudentum consilio pronuntiamus, quod Monasterium Corbeiense in perpetuum singulis annis solveret Aquensi ecclesiae quatuor amas vini de vineis curtis praelibatae; hanc autem solutionem faciet in autumno, cum mustum est in torcularium vasis; nec de optimo vino dabitur, nec de viliori, sed de medio. De expensis vero, vel quibuscumque petendis tam Aquensi quam Corbeiensi ecclesiae perpetuum silentium indiximus, finem liti ordine debito imponentes. Acta sunt haec dom. incarn. MCCXII. Praesentibus: Bertoldo dicto decano de Huxaria, canonico majoris ecclesiae, dom. Heinricho vicario, et magistro Wilhelmo, canonico S. Andreae, Coloniensibus, et magistro Elia, canonico Aquensi, et magistro Sintramino, canonico novae ecclesiae, et Canone similiter canonico novae ecclesiae.

Die Villa Lizzicha im Gau Mosalgawi (Lützich im Trierischen) war dem Stift Corvey durch das kaiserliche Diplom vom J. 873 verliehen worden. Vgl. Corv. Gesch. I. S. 95. Schaten, Ann. Pad. ad a. 873. — Die Geschichte dieser Bestzung in der Zwischenzeit bis zum J. 1212 liegt im Dunkeln. Wir wissen nur, daß Corvey da ein Kloster errichtet hatte, dessen Propst der Abt zu Corvey ernannte.

6. Heinrich von Broclon, der zu einem Kreuzzug entschlossen ist, trifft Verfügungen über seine Güter und Einkünfte; circa 1228.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heremannus, Dei gratia Corbeiensis Abbas, omnibus hanc paginam inspecturis notum esse cupimus, quod, dum Ministerialis noster, Heinrichus de Broclon, votum suum S. Cruci persolvere laudabiliter decrevisset, Advocatiam in